

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

23 A

1169, decembro, Cidade Rodrigo

Foros de Pontevedra

Foro concedido por Fernando II

Fuente: Fernández Villamil, E., “Privilegios reales del Museo de Pontevedra”, en *El Museo de Pontevedra*, I (1942), doc. nº. 5, pp. 138-139; y Rodríguez Figueiredo, M., “El Fuero de Pontevedra. En torno a su promulgación”, en *El Museo de Pontevedra*, XXIV (1970), pp. 49-56.

(...) In nomine domini nostri Ihu Xri amen. Ffacta que pagine non traduntur, facile e mentibus elabuntur. Ea propter ego dominus Fferdinandus Dei gratia Hispaniarum Rex, una cum uxore mea regina domina Urraca per scriptum firmissimum in perpetuum ualitatum libelo et absoluo omnes habitatores de Ponte ueteri tam presentes quam futuros, de luctuosa et de goiosa et de ffossadeira et de pedidaila et de anal et de moneda et de nauigio de Ponte ueteri si crebuerit in terra de Rey Don Ffernando tres quartas a seniores de nauigio et quarta a rege et si fuerit feridas inter homines et posuerit in manu de Vigario kalumnia, de pecto qui inde exierit medio a Vigario et medio a quem kalumnia dederit et quod nulli respondeant nisi illi in manu cuius posita fuerit kalumnia quam ipsi fecerunt et hoc totum facio pro remedio anime mee et parentum meorum. Siquis qui tam de meo genere quam de alieno hoc meum uoluntarium factum infringere temptauerit, ira dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat et cum Juda domini traditore in inferno sit dampnatus et pro temerario ausu parti regie centum libras auri persoluat, et quod inuaserit vobis uel ouci uestre in quadruplam reddat. Et hoc scriptum semper maneat firmum. Ffacta carta in Ciuitate Roderici mense decembbris. Era m cc vii Regnante illustrissimo rege domino Fernando Legione, Estremadura, Galicia et Asturiis. Eo anno quo idem famosissimus Rex dominus Ffernandus uitoriosissime cepit rege portugallorum in Badalioz. Ego dominus Ffernandus Dei gratia Hyspaniarum Rex hoc scriptum quod fieri jussi proprio robore confirmo (...).